UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XII. De intentione, quæ est actus voluntatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72759

Visual Library

quod eſt aliquorum vltimum. Quod ergo eſt ſimpliciter vltimũ, in quo aliquid delectatur, ſicut in ultimo fine, hoc quippe propriè dr̃ fructus, & eo propriè dr̃ aliquis frui. Qđ aũt in ſeipſo non eſt delectabile, ſed tm̃ appetitur in ordine ad aliud, ſicut potio amara ad ſanitatem, nullo mõ fructus dici poteſt. Quod autẽ in ſe habet quandam delectationem, ad quam quædam præcedentia referuntur, põt quidẽ aliquo modo dici fructus: ſed non propriè, & ſm cõpletam rationẽ fructus, eo dicimur frui. Vnde Aug. in 10. de Tri. dicit, * qđ fruimur cognitis, in quibus voluntas delectata conquieſcit, nõ aũt quieſcit ſimpliciter niſi in ultimo: quia quandiu aliq d expectaĩ, motus voluntatis remanet in ſuſpenſo, licet iam ad aliquid ꝑuenerit, ſicut in motu locali, licet illud qđ eſt medium in magnitudine, ſit principiũ & finis, nõ tñ accipitur, vt finis in actu, niſi qñ in eo quieſcitur.

*cap. 10. ante medium tom. 3.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſicut Augu. dicit in primo de doctrina Chriſtiana. * Si dixiſſet, Te fruar, & nõ addidiſſet, In Dño: videretur finem delectationis in eo poſuiſſe: ſed qa addidit, In Dño, in Domino ſe poſuiſſe finem, atque in eo ſe frui ſignificauit, ut ſic fratre ſe frui dixerit, non tanquàm rermino, ſed tanquam medio.

Cap. 33. post medium tomo 3.

Ad II. dicẽdum, quòd fructus aliter comparatur ad arborem producentem, & aliter ad hominem fruentem. Ad arborem quidem producentem comparatur, vt effectus ad cauſam: ad fruentem aũt, ſicut vltimum expectatum & delectans. Dicuntur igitur ea, quæ enumerat ibi Apoſtolus, fructus: quia ſunt effectus quidam Spiritusſancti in nobis, unde & fructus Spiritus dicuntur, non autem ita, quòd eis fruamur tanquàm ultimo fine. Vel aliter dicendum, ꝙ dicuntur fructus ſecundùm Ambro. * quia propter ſe petenda ſunt: non quidem ita, quòd ad beatitudinem non referantur: ſed quia in ſeipſis habent, unde nobis placere debeant.

*Glo. interlinearis ad Gal. 5. id habet: & refertur. 1. ſent. diſt. 1. ...

Ad III. dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, † finis dicitur dupliciter. Vno modo ipſa res: alio modo adeptio rei: quæ quidem non ſunt duo fines, ſed vnus finis in ſe conſideratus, & alteri applicatus. Deus igitur eſt vltimus finis, ſicut res quæ vltimo quæritur: fruitio autem, ſicut adeptio huius vltimi finis. Sicut igitur non eſt aliud finis Deus, & fruitio Dei: ita eadem ratio fruitionis eſt qua fruimur Deo, & qua fruimur diuina fruitione. Et eadem ratio eſt de beatitudine creata, quæ in fruitione conſiſtit.

q. 1. art. 8. & q. 2. arti. 7.

Articvlvs IIII.

Vtrum fruitio ſit ſolum finis habiti.

AD qvartvm ſic proceditur. Videtur, quòd fruitio non ſit niſi finis habiti. Dicit enim Au. 10. de Tri. * ꝙ frui, eſt cũ gaudio uti, nõ adhuc ſpei, ſed iam rei: ſed quandiu non habetur, nõ eſt gaudiũ rei, ſed ſpei. ergo ſruitio non eſt niſi finis habiti.

Cap. 11. ante med. to. 3.

¶2 Præt. Sicut dictũ eſt, † Fruitio nõ eſt propriè, niſi vltimi finis, quia ſolus vltimus finis quietat appetitũ: ſed appetitus nõ quietatur niſi in fine iã habito. ergo fruitio, ꝓpriè loquẽdo, nõ eſt niſi finis habiti.

arti. 3.

¶3 Præt. Frui, eſt capere fructum: ſed non capitur fructus, niſi quando iam finis habetur. ergo fruitio non eſt niſi finis habiti.

Sed contra Frui, eſt amore inhærere alicui rei ꝑꝑ ſeipſam, ut Augu. dicit: * ſed hoc poteſt fieri etiam de re non habita. ergo frui poteſt eſſe etiam finis non habiti.

Li. 1. de doctri. Chriſt. c. 4. in prin. tom. 3.

Respon. Dicendum, ꝙ Frui, importat comparationem quandam volũtatis ad ultimum finẽ, ſm qđ

A voluntas habet aliquid pro ultimo fine. Habetur autem ultimus finis dupliciter, uno modo perfectè: & alio modo imperfectè. Perfectè quidem, quando habetur non ſolùm in intentione, ſed etiam in re: imperfectè autem, quando habetur in intentione tantùm. Eſt ergo perfecta fruitio iam habiti finis realiter: ſed imperfecta eſt etiam finis non habiti realiter, ſed in intentione tantum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Auguſt. loquitur de fruitione perfecta.

Ad II. dicendum, quòd quies uoluntatis dupliciter impeditur. Vno modo ex parte obiecti, quia, ſ. non eſt ultimus finis, ſed ad aliud ordinatur. Alio modo ex parte appetentis finem, qui nondum adipi-
B ſcitur finem. Obiectum autem eſt, quod dat ſpeciẽ actui: ſed ab agente dependet modus agendi, ut ſit perfectus, uel imperfectus ſecundùm conditionẽ agentis: & ideo eius, quod non eſt vltimus finis, fruitio eſt impropria, quaſi deficiẽs a ſpecie fruitionis. Finis autem ultimi non habiti, eſt fruitio propria quidem, ſed imperfecta, propter imperfectum modum habendi vltimum finem.

Ad III. dicendum, ꝙ finem accipere, uel habere dicitur aliquis, non ſolùm ſecundùm rem, ſed ẽt ſecundum intentionem, ut dictum eſt. *

In cor. arti,

C

Qvaestio XII.

De intentione, in quinque articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandũ eſt de intentione. Et circa hoc quęruntur quinque.

¶Primò, Vtrũ intentio ſit actus intellectus, vel voluntatis.

¶Secundò, Vtrum ſit tantùm finis ultimi.

¶Tertiò, Vtrum aliquis poſſit ſimul duo intendere.

D ¶Quartò, Vtrum intentio finis ſit idem actus cum uoluntate eius, quod eſt ad finem.

¶Quintò, Vtrum intentio conueniat brutis animalibus.

Articvlvs primvs.

Vtrum intentio ſit actus intellectus, uel uoluntatis.

AD primvm ſic proceditur. Videtur, quòd intentio ſit actus intellectus, & non uoluntatis. Dicitur enim Matth. 6. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum
E corpus tuum lucidum erit: ubi per oculum ſignificatur intẽtio, ut dicit Auguſt. * in lib. de ſerm. Dom. in mon. ſed oculus cùm ſit inſtrumentum uiſus, ſignificat apprehenſiuam potentiam. ergo intentio non eſt actus appetitiuę potentiæ, ſed apprehenſiuæ.

¶2 Præt. Ibidem Auguſt. dicit, † quòd intentio, lumen vocatur a Domino, ubi dicit. Si lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt, &c. ſed lumen ad cognitionem pertinet. ergo & intentio.

¶ *Super Quæſtionem duodecimam.*

CIrca reſponſionem ad quartum in articul. 1. quæſt. 12. aduerte diligentisſime diſtinctionem in litera poſitam, quoniam multa hinc documenta habes. Finis in primis, inquantum finis, ut hinc habes, conſideratur tripliciter, ita ꝙ licet id, qđ eſt ad finem ut ſic, nõ niſi uno modo conſideretur, & ametur: ipſe tamen finis, ut ſic, tripliciter conſideratur, & triplici actu uoluntas fertur in finem, ut ſic. ſ. uolitione, fruitione, & intentione. Ratio autem huius eſt: quia ad finis rationem integrandam tria exiguntur, bonitas ipſa propter ſe amabilis, & negatio ulterioris ordinis, & terminatio aliorũ ad ipſum. Oportet. n. finem ut ſic, propter ſe, & nõ propter alium finem, & alia propter ipsũ amari. Et finis quidẽ, quatenus propter ſe amabilis eſt, ad actũ uolitionis ſpectat: quatenus uerò non ultra ducit, ad fruitionem ſpectat, quæ quietem in termino ſignificat: quatenus autem ad ipſum alia ordinanda ſunt, intẽtionem terminat. Habes & hinc, quòd cùm id, quod eſt ad finem, abſolute amatur

2. 2. q. 180. art. 1. cor. Et 2. di. 38. art. 3. Et uerit. q. 23. ar. 13. Et mal. q. 16. arti. 11. ad 3. *lib. 2. cap. 21. circa medium tom. 4

lib. 2. ca. 21. tomo 4.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tur, finis rationem induit: & ſimiliter cùm in eo ſiſtitur, & eodẽ modo cũ appetitur, ut per præcedentia aſſequendum. Qũo autem diſtinguuntur plures uoluntatis actus, reſpectu eius, qđ eſt ad finem, inferius dicetur.

¶3 Præ. Intentio deſignat ordinationem quandam in finem: ſed ordinare eſt rõnis. ergo ĩtẽtio nõ ptinet ad volũtatẽ, ſed ad rõnẽ.

¶4 Præt. Actus voluntatis non eſt niſi finis, vel eorum, quæ ſunt ad finem: ſed actus voluntatis reſpectu finis, vocatur volũtas, ſeu fruitio: reſpectu autem eorum, quæ ſunt ad finem, eſt electio, a quibus differt intentio. ergo intentio non eſt actus voluntatis.

Sed contra eſt, quod Augu. dicit in 10. de Trinit. * quòd voluntatis intentio copulat corpus viſum viſui: & ſimiliter ſpeciem in memoria exiſtentem, ad aciem animi interius cogitantis. eſt igitur intentio actus voluntatis.

cap. 7. circa finem innuitur. & li. 11. c. 3. & 4. clarius, & c. 6. tom 3.

Respon. Dicendum, ꝙ intentio, ſicut ipſum nomen ſonat, ſignificat in aliud tendere. In aliquid aũt tendit, & actio mouentis, & motus mobilis: ſed hoc quòd motus mobilis in aliquid tendit, ab actione mouentis procedit. Vnde intentio primò, & principaliter pertinet ad id, quod mouet ad finem. vnde dicimus architectorem, & omnem præcipientem mouere ſuo imperio alios ad id, ad quod ipſe tẽdit. Voluntas autem mouet omnes alias vires animæ ad finem, vt ſupra * habitum eſt. vnde manifeſtum eſt, quòd intentio propriè eſt actus voluntatis.

* q. 9. arti. 1.

Ad primum ergo dicendum, quòd intentio nominatur oculus metaphoricè, nõ qa ad cognitionẽ pertinet, ſed qa cognitionẽ præſupponit, p quã proponitur voluntati finis, ad quẽ mouet: ſicut oculo præuidemus, quo tẽdere corporaliter debeam⁹.

Ad II. dicendũ, ꝙ intentio dicitur lumen, quia manifeſta eſt intendenti. Vnde & opera dĩr tenebræ, quia homo ſcit quid intendit, ſed neſcit quid ex opere ſequatur, ſicut Aug. * ibidem exponit.

* libro. 2. de Ser. Domin. in monte, c. 21. a med. ad fin. vſque tom. 4.

Ad III. dicendum, quòd voluntas quidem non ordinat, ſed tamen in aliquid tendit ſecundùm ordinem rationis. vnde hoc nomen; Intentio; nominat actum voluntatis, præſuppoſita ordinatione rationis ordinantis aliquid in finem.

Ad IIII. dicendum, ꝙ intentio eſt actus voluntatis reſpectu finis: ſed voluntas reſpicit finem tripliciter. Vno modo abſolutè: & ſic dicitur voluntas prout abſolutè volumus vel ſanitatem, vel ſi quid aliud eſt huiuſmodi. Alio modo conſideratur finis, ſecundùm quod in eo quieſcitur: & hoc modo fruitio reſpicit finem. Tertio modo conſideratur finis, ſecundùm quod eſt terminus alicuius, qđ in ipſum ordinatur: & ſic intentio reſpicit finem. Non enim ſolùm ex hoc intendere dicimur ſanitatem, quia uolumus eam: ſed quia uolumus ad eam per aliquid aliud peruenire.

Articvlvs II.

Vtrum intentio ſit tantum ultimi finis.

2. 2. q. 180. art. 1. cor. Et 2. di. 38. arti. 3. Et uer. q. 22. ar. 13. co. * ſent. 110.

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ intentio ſit tm̃ vltimi finis. Dicitur enim in lib. ſententiarum Proſperi, * Clamor ad Deum, eſt intentio cordis: ſed Deus eſt vltimus finis humani cordis. ergo intentio ſemper reſpicit vltimum finem:

¶2 Præt. Intentio reſpit finem, ſm quòd eſt terminus, vt dictum eſt: † ſed terminus habet rationem ultimi finis. ergo intentio ſemper reſpicit vltimũ finẽ.

ar. 1. ad 3.

¶3 Præt. Sicut intentio reſpicit finem, ita & fruitio: ſed fruitio ſemper eſt ultimi finis. ergo & intentio.

Sed contra. Vltimus finis humanarum voluntatum eſt unus. ſ. beatitudo, ut ſupra dictum eſt. * Si igitur intentio eſſet tantum ultimi finis, nõ eſſent diuerſæ hominum intentiones: quod patet eſſe falsũ.

q. 1. arti. 7.

Reſpon. Dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt, * Intentio reſpicit finem ſecũdum quod eſt terminus motus voluntatis. In motu autem poteſt accipi terminus dupliciter. Vno modo ipſe terminus ultimus, in quo quieſcitur, qui eſt terminus totius motus: Alio modo aliquod medium, quod eſt principium unius partis motus, & finis, uel terminus alterius. Sicut in motu, quo itur de A in C per B. C eſt terminus ultimus: B autem terminus, ſed non ultimus, & utriuſque poteſt eſſe intentio. unde etſi ſemper ſit finis, non tamen oportet, ꝙ ſemper ſit ultimi finis.

arti. 1. huius quæſt.

Ad primvm ergo dicendum, quòd intentio cordis, dicitur clamor ad Deum, non quòd Deus ſit obiectum intentionis ſemper, ſed quia eſt intentionis cognitor: uel quia cum oramus, intentionẽ noſtram ad Deum dirigimus, quæ quidem intentio uim clamoris habet.

Ad II. dicẽdum, quòd terminus habet rationem vltimi finis, ſed non ſemper ultimi reſpectu totius, ſed quandoque reſpectu alicuius partis.

Ad III. dicendum, ꝙ fruitio importat quidẽ qetem, quæ eſt in fine, quod pertinet ſolùm ad ultimũ finem: ſed intentio importat motum in finem, non autem in quietem. unde non eſt ſimilis ratio.

Articvlvs III.

Vtrum aliquis poſſit ſimul duo intendere.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur, quòd non poſſit aliquis ſimul intendere plura. Dicit enim Aug. in lib. de ſer. * Dñi in monte, quòd nõ poteſt homo ſimul intendere Deum, & commodum corporale. ergo pari ratione neque aliqua alia duo.

¶2 Præt. Intentio nominat motũ voluntatis ad terminũ: ſed vnius motus non poſſunt eſſe plures termini ex una parte. ergo voluntas nõ põt ſimul multa intẽdere.

¶3 Præt. Intentio præſupponit actum rationis, ſiue intellectus: ſed non contingit ſimul plura intelligere, ſecũdum Philoſophum. * ergo etiam neque contingit ſimul plura intendere.

Sed contra. Ars imitatur naturam: ſed natura ex uno inſtrumento intendit duas vtilitates, ſicut lingua ordinatur ad guſtum, & ad locutionem, ut dicitur in 3. de anima. * ergo pari ratione ars, uel rõ, põt ſimul aliqd vnum ad duos fines ordinare: & ita põt aliquis ſimul plura intendere.

Reſpon. Dicendum, ꝙ aliqua duo poſſunt accipi dupliciter, vel ordinata adinuicem, uel nõ ordinata. Et ſi quidem adinuicem fuerint ordinata, manifeſtum eſt ex præmiſſis, * quòd homo poteſt ſimul multa intendere. Eſt. n. intentio non ſolùm finis ultimi, ut

¶ Super Queſtionis duodecimę Articulum tertium.

Circa deciſionẽ tertii artic. eiuſdem quęſt. 12. omiſſo 2. art. eiuſdem dubium occurrit, propter quid, cum uoluntas non feratur niſi in cognita, & non feratur ſimul, niſi in ſimul cognita, de intellectu negatur, ꝙ contingit multa ſimul intelligere: & de uoluntate conceditur, ꝙ contingit multa ſimul intendere.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ratio eſt, quia intellectus attingit plura non niſi ut vnum, uoluntas uerò, ut plura. Exiſtentibus ſiquidem tribus tam in intellectu, quàm in uoluntate, puta locutione, guſtatione, & lingua: intellectus locutionem, & guſtum ſimul intelligit, ut in uno uniuntur organo linguæ. Voluntas uero econtra, unum linguæ organum uult, propter duo opera, locutionem, ſcilicet & guſtationem: ita quòd cum finis in operabilibus ſit, ut principium in ſpeculabilibus, medium, ſeu principium in intellectu plurium eſt unũ: medium uerò ſeu, principium in intentione, non oportet

eſſe

Veri. q. 13. arti. 13. co.

Lib. 2. ex c. 21. 22. 24. & 25. tom. 4.

lib. 2. Top. cap. 4. in declaratione 33. loci tomo 1.

In fine, & lib. 2. text. 88.

arti. 2. huius quæſt.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

arti.2.huius quæſt. eſſe vnum, ſed contingit eſſe plura. Et propterea de intentione conceditur pluralitas ſimul, quæ negaſ de intellectione.

D.196. ¶Super Quæſtionis duodecimæ Articulum quartum.

CIrca quarti articuli deciſionem, reuidero, ꝙ ſcripſi ſuperius in q.8.art.3.

¶ Circa reſponſionẽ ad tertium, nota reſponſionem datam, vt ex ea habeas, ꝙ actus voluntatis in finem, intentionis nomine ſignificatus, importat motum in finem, ut terminum aliorum, ita quòd motus iſte primò attingit terminum, & deinde terminabilia in ipſum: electio verò econtra, primò attingit terminabilia, & deinde terminum. Et ſic ſe habent ſicut deſcenſus, & aſcenſus. Intentio enim deſcẽdit a principio ad ea, quæ ſunt ad ipſum. Electio verò ab his aſcendit ad finẽ, omnium principiũ. Et ſignum affertur in litera, quia quandoq; intendimus, non electis adhuc mediis ad intentum. ut patet in quotidiana experientia.

¶ De quinto articulo nihil ſcribendum occurrit.

dictum eſt, † ſed etiã finis medii: A ſimul autem intendit aliquis, & finẽ proximum & ultimum: ſicut confectionem medicinæ, & ſanitatem. Si atem accipiantur duo adinuicem non ordinata, ſic etiã ſimul homo poteſt [d] plura intendere: quod patet ex hoc, quòd homo unum alteri præelegit, qa melius eſt altero. Inter alias autẽ conditiones, quibus aliquid eſt melius altero, una eſt, quòd ad plura ualet: unde poteſt aliquid præeligi alteri ex hoc, quòd ad plora ualet. & ſic manifeſtè ho- B mo ſimul plura intendit.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ Auguſt. intelligit hominem non poſſe ſimul Deum, & commodũ temporale intendere, ſicut ultimos fines: quia ut ſupra oſtenſũ eſt, * nõ poſſunt eſſe plures fines ultimi unius hominis.

*q.1. art.5.

Ad II. dicendũ, ꝙ unius motus poſſunt ex una parte eſſe plures termini, ſi vnus ad alium or- C dinetur: ſed duo termini adinuicem non ordinati ex una parte, vnius motus eſſe non poſſunt. Sed tamen cõſiderandum eſt, ꝙ id quod non eſt unum ſm rem, poteſt accipi, ut vnum ſm rationem. Intentio autem eſt motus voluntatis in aliquid præordinatum in ratione, ſicut dictum eſt: * & ideo ea, quæ ſũt plura ſm rẽ, poſſunt accipi, vt unus terminus intedtionis, prout ſunt vnum ſm rationem, vel quia aliqua duo cõcurrunt ad integrandum aliquid D unum: ſicut ad ſanitatem concurrunt calor, & frigus commenſurata: uel quia aliqua duo ſub uno communi continentur, quod poteſt eſſe intentum: puta, acquiſitio vini, & ueſtis, continetur ſub lucro, ſicut ſub quodam communi. unde nihil prohibet, quin ille qui intendit lucrum, ſimul hæc duo intendat.

*ar.1.ad 3.

Ad III. dicendum, quòd ſicut in primo dictum eſt, * contingit ſimul plura intelligere, inquantum ſunt aliquo modo unum.

*q.85.ar.4.

Articvlvs IIII.

Vtrum intentio finis ſit idem actus cum uoluntate eius, quod eſt ad finem.

Supra q. 8. arti.3. Et 2. diſt.38. art. 4. Et 3. diſt. 14.ar.1. q.4. cor. Et ueri. q.22. ar.14.

AD qvartvm ſic proceditur. Videtur, quòd non E ſit unus & idem motus, intentio finis, & voluntas eius, quod eſt ad finem. Dicit.n. Auguſt. in 10. de Tri.* ꝙ uoluntas uidendi feneſtram, finem habet feneſtræ viſionem: & altera eſt voluntas per feneſtram videndi tranſeuntes. Sed hoc pertinet ad intẽtionem, ꝙ uelim videre tranſeuntes per feneſtram: hoc autẽ ad uoluntatem eius, quod eſt ad finem, ꝙ velim uidere feneſtrã. ergo alius eſt motus volũtatis intentio finis, & alius uoluntas eius, qđ eſt ad finem.

*cap.7. ad finem. Et li. 11. c.6. & 4. tom 3.

¶2 Præt. Actus diſtinguuntur ſecundùm obiecta: ſed finis, & id quod eſt ad finem, ſunt diuerſa obiecta. ergo alius motus voluntatis eſt intentio finis, & uolũtas eius, quod eſt ad finem.

A ¶3 Præt. Voluntas eius, qđ eſt ad finẽ, dr̄ electio: ſed nõ eſt idẽ electio, & intentio. ergo nõ eſt idẽ motus intentio finis, cum uoluntate eius quod eſt ad finẽ.

Sed contra eſt, ꝙ id qđ eſt ad finem, ſe habet ad finẽ, ut mediũ ad terminum: ſed idem motus eſt, qui per medium tranſit ad terminum in reb. naturalibus. ergo & in rebus uoluntariis idẽ motus eſt intentio finis & uoluntas eius, quod eſt ad finem.

Respon. Dicendum, ꝙ motus uoluntatis in finẽ, & in id quod eſt ad finem, poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo, ſecundùm quod uolũtas in utrũque fertur abſolutè, & ſecundum ſe: & ſic ſunt ſimpliciter duo motus uoluntatis in utrunque. Alio modo poteſt conſiderari, ſecundùm quod uolun- B tas fertur in id, quod eſt ad finem propter finem: & ſic unus & idem ſubiecto motus uoluntatis eſt tendens ad finem, & in id, quod eſt ad finem. Cùm.n. dico, Volo medicinam pp ſanitatem, nõ deſigno niſi unum motum uoluntatis: cuius ratio eſt, quia finis, ratio eſt uolendi ea, quæ ſunt ad finem. Idem autem actus cadit ſuper obiectum, & ſuper rationem obiecti: ſicut eadem uiſio eſt coloris, & luminis, ut ſupra dictum eſt. * Et eſt ſimile de intellectu, quia ſi abſolute principium & cõcluſionem cõſideret, diuerſa eſt conſideratio utriuſq;: in hoc autem ꝙ concluſioni pp principia aſſentit, eſt unus actus intellectus tm̃.

* q.8.art.3. ad 2.

C Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ Aug. loquitur de uiſione feneſtræ, & uiſione tranſeuntium per feneſtram, ſm quod uolũtas in utrunq; abſolutè fertur.

Ad II. dicendum, ꝙ finis, inquantum eſt res q̃dam, eſt aliud uoluntatis obiectum, quàm id, quod eſt ad finem: ſed inquantum eſt ratio uolendi id, qđ eſt ad finem, eſt unum & idem obiectum.

Ad III. dicendum, quòd motus, qui eſt unus ſubiecto, poteſt ratione differre ſm principium & finem, ut aſcenſio, & deſcenſio: ſicut dicitur in 3. Phy. * Sic igitur inquantum motus uoluntatis fertur in id, quod eſt ad finem, prout ordinatur ad finem, eſt electio: motus autem uoluntatis, qui fertur in finẽ, D ſecundum quod acquiritur per ea, quæ ſunt ad finẽ, uocatur intentio: cuius ſignum eſt, quòd intentio finis eſſe poteſt, etiã nondum determinatis his, quæ ſunt ad finem, quorum eſt electio.

* tex.21.tomo 2.

Articvlvs V.

Vtrum intentio conueniat brutis animalibus.

AD qvintvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ bruta animalia intendant finem. Natura enim in his, quæ cognitione carent, magis diſtat a rationali natura, quàm natura ſenſitiua, quæ eſt in animalibus brutis: ſed natura intendit finem etiam in his, quę cognitione carent, ut probatur in 2. Phy. * ergo multo magis bruta animalia intendunt finem.

1. 2. q.110. art.1. cor. & 2.d.38. art. 3. cor. & ad 2.

* lib.2. tex. 77. & ſeq.

¶2 Præ. Sicut intẽtio ẽ finis, ita & fruitio: ſed fruitio cõuenit brutis aĩalibus, ut dictũ eſt. † ergo & intẽtio.

q.11. art.2.

¶3 Præt. Eius eſt intendere finem, cuius eſt agere pp finem, cùm intendere nihil ſit, niſi in aliud tendere: ſed bruta animalia agũt propter finem. mouetur.n. animal uel ad cibum quærendum, uel ad aliquid huiuſmodi. ergo bruta animalia intendunt finem.

Sed contra. Intentio finis importat ordinationem alicuius in finem, quod eſt rationis. Cùm igitur bruta animalia non habeant rationem, videtur quòd non intendant finem.

Respon. Dicendum, quòd ſicut ſupra dictũ eſt, * Intendere, eſt in aliud tendere, quod quidẽ eſt, & mouentis, & moti. Scđm quidem igitur, quod dr̄

* arti.1. huius quæſt.

inten-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

intendere finẽ id,quod mouetur ad finem ab alio, F ſic natura dicitur intendere finem, quaſi mota ad ſuum finem a Deo, ſicut ſagitta a ſagittante. & hoc modo etiam bruta animalia intendunt finem, inquantum mouentur ab inſtinctu naturali ad aliqd. Alio modo, intendere finem eſt mouentis, prout.ſ. ordinat motum alicuius, uel ſui, vel alterius in finẽ, quod eſt rationis tantùm. vnde per hunc modum bruta non intendũt finem, quod eſt proprie & principaliter intendere, ut dictum eſt. * artcul.1.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ ratio illa procedit, ſm quod intendere eſt eius, quod mouetur ad finẽ.

Ad II. dicendum, ꝙ fruitio non importat ordinationem alicuius in aliquid, ſicut intentio, ſed abſolutam quietem in fine.

Ad III. dicendum, ꝙ bruta animalia mouentur ad finem, non quaſi conſiderantia, quòd per motũ G ſuum poſſint conſequi finem, quod eſt propriè intendentis, ſed quaſi concupiſcentia naturali inſtinctu, mouentur ad finem quaſi ab alio mota, ſicut & cætera, quæ mouentur naturaliter.

¶ *Super Queſtionem decimamtertiam.*

Circa quæſtionis decimætertiæ ordinem, & actuum numeratorum, numerũ, & ordinem, plura ſunt dicenda, ſed locis propriis reſeruanda. Nunc illud tantũ dicendum eſt, quare prius de electione, quàm de cõſilio tractandum ſit, cum conſilium præcedat electionem.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd licet abſolutè conſiliũ ſit prius electione, & eius cauſa, ac per hoc prius de cõſilio vtpote cauſa, quàm de electione tractandum videat: ordo tamen doctrinæ habet, quòd prius de ipſa electione ſecundum ſe, & deinde de eius cauſa tractetur, & merito, ut prius tractetur quid eſt, & deinde cauſa extrinſeca illius. Vnde in ſequentibus prius author tractat de actibus, ſeu paſſionibus, & de rebus, & deinde de cauſis ei⁹.

Qvaestio XIII.

De electione, quæ eſt actus uoluntatis reſpectu eorum quæ ſunt ad finem, i, ſex articulos diuiſa.

Consequenter conſiderandum eſt de actibus voluntatis, qui ſunt in cõparatione ad ea, quæ H ſunt ad finem: & ſunt tres, eligere, conſentire, & vti: electionem autem præcedit conſilium. Primò ergo conſiderandum eſt de electione. Secundò, de conſilio. Tertiò, de conſenſu. Quartò, de vſu.

Circa electionem quæruntur ſex.

¶Primò, Cuius potẽtiæ ſit actus, vtrum voluntatis, vel rationis.

¶Secundò, Vtrum electio conueniat brutis animalibus. I

¶Tertiò, Vtrum electio ſit ſolũ eorum, quæ ſunt ad finem, uel etiam quandoque finis.

¶Quartò, Vtrum electio ſit tantum eorum, quæ per nos aguntur.

¶Quintò, Vtrum electio ſit ſolũ poſſibilium.

¶Sextò, Vtrum homo ex neceſſitate eligat, vel libere.

Articvlvs primvs.

Vtrum electio, ſit actus uoluntatis, uel rationis.

1.q.83.artic. 3. cor. Et 2. diſt. 24. q.1. art.2. Et ueri.q.22. arci. 15. Et 3. Eth. lc.6. & ca.2. lib.6. lect. 2. fina.ca.3.tomo 5.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quòd electio non ſit actus voluntatis, ſed rationis. Electio enim collationem quandam importat, qua vnum alteri præfertur: ſed conferre eſt rationis. ergo electio eſt rationis.

¶2 Præ. Eiuſdem eſt ſyllogizare, & concludere: ſyllogizare autem in operabilibus eſt rationis. cũ igitur electio ſit quaſi concluſio in operabilibus, ut dicitur in 7. Ethic.* videtur quòd ſit actus rationis.

¶3 Præt. Ignorantia non pertinet ad voluntatẽ, ſed ad vim cognitiuam: eſt autem quædã ignorantia electionis, vt dicitur in 3. Ethi.† ergo videtur ꝙ electio non pertineat ad voluntatem, ſed ad rationem. c.1.tom.5.

Sed contra eſt, quod Philoſophus dicit in 3. Eth.* ꝙ electio eſt deſideriũ eorũ, quę ſunt in nobis: deſideriũ autem eſt actus uolũtatis. ergo & electio. Ca.3. prope finem to.5.

Respon. Dicendum, ꝙ in nomine electionis importatur aliquid pertinens ad rationẽ, ſiue ad intellectum: & aliquid pertinens ad voluntatem. Dicit.n. Philoſophus in 6. Eth.* ꝙ electio eſt appetitiuus intellectus, uel appetitus intellectiuus. Lib.6.Eth.c. tom.5. Qñcunque autem duo concurrunt ad aliquid vnum conſtituendum, vnum eorum eſt, ut formale reſpectu alterius. Vnde Greg. Nic.† dicit, ꝙ electio, neque eſt appetitus ſm ſeipſam, neque conſilium ſolum: ſed ex his Lib.5.cap.4. aliquod compoſitum. Sicut enim dicimus animal ex anima & corpore compoſitum eſſe, neque uero corpus eſſe ſm ſeipſum, neque animã ſolã, ſed vtrũque, ita & electionem. Eſt autem conſiderandum in actibus animæ, ꝙ actus, qui eſt eſſentialiter vnius potentiæ, vel habitus, recipit formã, & ſpeciẽ a ſuperiori potentia, vel habitu, ſm quod ordinatur inferius a ſuperiori. Si.n. aliquis actum fortitudinis exerceat pp Dei amorem, actus quidem ille materialiter eſt fortitudinis, formaliter vero charitatis. Manifeſtum eſt autem, ꝙ ratio [d] quodammodo voluntatẽ D.771. præcedit, & ordinat actum eius, inquantum. ſ. voluntas in ſuum obiectum tendit ſm ordinem rationis, eo, ꝙ vis apprehenſiua appetitiuæ ſuum obiectum repræſentat. Sic igitur ille actus, quo voluntas tendit in aliquid, quod proponitur ut bonum, ex eo, ꝙ per rationem eſt ordinatum ad finem, materialiter quidem eſt uoluntatis, formaliter autem rationis. In huiuſmodi autem ſubſtãtia actus materialiter ſe habet ad ordinem, qui imponitur a ſuperiori potentia: & ideo electio ſubſtantialiter non eſt actus rationis, ſed voluntatis. Perficitur enim electio in motu quodam animæ ad bonum, quod eligitur: unde [d] D.541. manifeſte actus eſt appetitiuæ potentiæ.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ electio importat collationem quandam præcedentem, non quòd eſſentialiter ſit ipſa collatio.

Ad II. Dicendum, quòd concluſio ſyllogiſmi, quæ fit in operabilibus, ad rationem pertinet, & dicitur ſententia, vel iudicium, quam ſequitur electio: & ob hoc ipſa concluſio pertinere videtur ad electionem, tanquam ad conſequens.

Ad III. Dicendum, ꝙ ignorantia dicitur eſſe electionis: non quòd ipſa electio ſit ſcientia, ſed quia ignoratur quid ſit eligendum.

Articvlvs II.

Vtrum electio conueniat brutis animalibus.

K Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ electio brutis animalibus conueniat. Electio.n. eſt appetitus aliquorum pp finẽ, ut dicitur in 3. Ethic.* ſed bruta animalia appetunt aliquid propter finem: agunt enim propter finem, & ex appetitu. ergo in brutis animalibus eſt electio.

¶2 Præt. Ipſum nomen electionis ſignificare videtur, ꝙ aliquid præ aliis accipiatur: ſed bruta anima-

¶ *Super Quæſtionis decimætertiæ Articulum ſecundum.*

Circa rationem, omiſſo primo articulo, poſitam in ſecundo articulo dubium occurrit de illius efficacia. Fundatur enim ratio ſuper differentia inter appetitum intellectiuum, & ſenſitiuum in hoc, quòd appetitus ſenſitiuus naturaliter eſt determinatus ad unum particulare. Intellectiuus vero ad bonum in cõmuni.

2.diſt.25.ar.1. ad 6. & 7. & 5. Metaph. lect.15.fi.

Cap.3. circa finem to.5.